

EX LIBRIS
ILLVSTRISSIMI VIRI,
DN. DAN. LVDOLPHI,
LIB. BAR. de DANCKELMANN,
S. REG. MAI. BORVSS. CONSILIARII
STATVS INTIMI, cetera,
BIBLIOTHECÆ ACAD. FRIDERICIANÆ
TESTAMENTO RELICTIS.

ΓΑΜΗΛΙΟΝ

20.
21

IN HONOREM

NVPTIARVM DOCTIS-
SIMI, ET ORNATISSIMI VIRI D. M.

ANDRÆ KENNICCI SERVESTANI,
eiusdemque Scholæ Collegæ fidelissimi, Sponsi: Et honestis-
simæ & pudicissimæ Virginis MARTHÆ HEERVIGIÆ

Reuerendi & docti viri Stephani Heeruuigij Pa-
storis pagi Stucensis, filiæ, ac Sponsæ,
scriptum

^A
M. Johanne Lachenbecio Augustano.



SERVESTÆ

Excudebat Bonaventura Faber.

ANNO M. D. LXXXV.

25
EPIGRAMMA PHALAE CIVM.

R Amum Palladis en fero virentem,
 Et plena tibi vite cum racemis
 Iunctum, de quibus humor acris exit.
 Quo dono, thalamo tuo precari,
 Et tedis socialibus notare
 Me gratum volui, licet remotus,
 Lata mente tamen canam iugales
 Tedas, qua decorare me deceret:
 Quod nunc connubio datur puella
 Qua morsus animi, & cruenta tela,
 Plutonis Stygij queas fugare.
 Ergo o fata sacra rogo cohortes,
 Vos nunc Aligerum nouo marito,
 Et clara pietate digna sponso
 Vos concedite: Vos fauete sponsa,
 Praesentes decorate coniugesq;
 Vt coniunx olea virentis umbra
 Sub densa, repleat, beetq; prole
 Te patrem, thalamiq; iura sacri.
 Annis nunc Pylj senis fruaris
 Et consors thalami tui pudica,
 Cum tete videat dies Sibylla.

M. I. L. A. F.

Γ Α Μ Η Λ Ι Ο Ν
SAPHICVM.

DV_M iuuat libris operam nauasse
Et choros inter sedeo sororum,
Inter Ascreas venit ecce maior
Clio Dearum.

Et meam Cirrham subito, corusca
Luce collustrat facies decora,
Utq₃ in attrito posuit eburnam
Limine plantam;

Frigido exanguis stupeo timore,
Et tremor currit gelidus per ossa
Ima, nam diua latuit sororis,
Me oris imago.

Quamq₃ reginam Idalij putabam,
Una sancta est Aonidum sororum,
Que quatit dextra tenerum racemum,
Mitis oliua.

Et tenet leua viridi rubentes
Palmite uas, sed Dea tum patebat
Altus, incessu, stupor ut reliquit
Me, reficitq₃

Mitis aspectu placido: capillus

Pulcrus puro redolet liquore,
Suauius spirant nitida decoro
Corpore vestes.

Et cuncta forma in facie venustum
Pectus, occulto pretiosa amore,
Quas edax nunquam vitare possit,
Ipsa vetustas.

Quaeq; nunquam multa decora vidi,
Antea oblectant oculos micantes,
Non erat talis recubans oloris,
Leda sub alis.

Tam Therapneo haud fuerat puella
Nata qua campo, & Phrygius flagrabat
Quam Paris, vultu roseo micabat
Quam Dea Clio.

Leta se talem celeri ferebat
Clio cursu, ad pulpita, mensa seruat
Quae, sacris libris patet & prophanis
Quae mihi plena.

Tum prius Musam Venerem putatam
Alloquor, vano posito timore,
Quid boni quero ferat? Vnde, vel queis
Aduolet oris.

Fronte

Fronte tum Clio nitida profatur,
Quae sit aduentus memoratq; causa,
Vinculo ANDREÆ sociatur arcto,
MARTHA Magistro.
Ergo nunc sacras celebrabo tedas
Carmines, & casti ad thalamum pudoris
Tecum agam letos, hilaresq; praesens
Nunc hymeneos.
Et patrem votis Dominum rogabo,
Filiū & casta genitrice natum,
Spiritus sanctumq; colam iugalis
Qui auctor amoris.
Capta felici bona sic secundet
Omne, ut letos inimica turba
Non toros foedet Stygij Draconis
Organa quae sunt.
Sed iocis plena omnia sint, aquosus
Non Orion, Æoliūque ledat
Auster, absint longius ac amara
Prelia lingua.
At tibi mirum videatur arbor
Palladis, quid forte velit caduca?
Quid velit paucis memorabo verbis,
Ramus oliuae.

Bella apud priscos veteres nefanda,
Post ubi Martis siluere duri,
Gratia olim conciliata victis
Hostibus essent.

Sicut, in fossa ut latuit profunda,
Numen iratum patiens malignus
Mundus ob fœdum & scelus atq; luxum
Voluitur undis.

Sol ubi nostris oculis remotus
Cedit, ad Noam tulit alba ramum,
Signa qui pacis placida notabat,
Ore columba.

Sic torum saluum notat esse ramus
Palladis, dextra fero quem decora,
Hunc fugit ramum lacrymosa triplex
Fanitor aula.

Attamen longo tibi ne molestus
Sim sono, iam nunc mea dicta claudam,
Quæ legas vultu placido Magister,
Subditus oro.

ALIVD.

ALIVD.

Humani arbitrij non est sibi iungere nuptam,
 Ingenuis qua sit moribus apta suis.

Sola sed hanc pietas querenti cœlitus offert,
 Copulat & flatu pectora bina sacro.

Diuitias, ades, agrosq; & prata parentes
 Natibus tribuunt & bona quæq; suis.

Ast **D**EVUS altitonans bonitatis origo pudicam
 Consortem thalami datq; adimitq; viro.

Illius haud animus certa sine lege vagatur,
 Ceu fera qua sana nil rationis habet:

Illam fugit ludos, estusq; libidinis, illa
 Virtutis spurcos spernit amore iocos:

Atq; fouet casto castas sub pectore tedas,
 Ardet & illius pectus amore **D**EI.

His, auctore Deo, virgo virtutibus aucta
 Ingreditur thalamum, Sponse diserte, tuum.

MARTHA grauis probitate, viro te digna peri-
 to,

Artibus excultis non inimica viris.

At teneris annis didicit cognoscere Christum,
 Pectore sincero quem timet atq; colit:

Non fouet illicitos in corde libidinis estus,
 Negligit alterius res, peragitq; suas.

Non iraq₃ odijq₃ tenax, non litis amica,
Non fera, nec leuibus dedita blanditijs.
Tristis es? Atq₃ tibi cordis solatia desunt?
Ecce doloris adest hac medicina tui.
Crede mihi talem quicumq₃ vir, auspice Christo,
Inuenit uxorem munera magna capit.
Idcirco positis fundas noua gaudia curis
Suscipiens Sponsam, Sponse beate, tuam.
Tu quoq₃ Sponsa tuo semper latere marito,
Huius enim mores, actio, vita probant.
A primis Musas coluit feliciter annis,
Et studuit soli complacuisse Deo.
Hic patriae decus, hic teneram docilemque iuuen-
tam
Moribus instituens sedulitate docet.
Tali Sponsa viro fueras dignissima, nec non
Ingenua Sponsus coniuge dignus erat.
Gratulor ergo tibi doctissime Sponse, tibiq₃
Gratulor egregio nupta puella viro.
Et precor auctorem thalami, castiq₃ pudoris
Electat in afflatu pectora vestra suo.
Sitq₃ comes vobis concordia pacis alumna.
Et vestri vinculum sit maneatq₃ tori.

Sponso

Sponso sponsa faue quouis modo tempore, vitæ
Tu quoq; consortem dilige sponse piam.
Sic tua florebit coniunx ceu vitis abundans,
Ac eris innumera prole beatus, Amen.

Petrus Rihelius.




VOTVM.

V O T V M.

ECce Palestinis præsens ut Christus in oris,
 Conuiuis hospes gaudet adesse pijs:
 Mirando tristem donat dum munere Sponsum,
 Ex aqueo faciens dulce liquore merum.
 Sic precor ut castis præsens sit numine tedis,
 Et thalamum flatu viuificante regat.
 Dirigat is Sponsi pectus Sponsæq; pudica,
 Ut faciant summi iussa verenda patris,
 Faxit is ut thalami crescat concordia sancti,
 Ut crescat summo gloria honorq; Deo;
 Hoc præsente torus maneat sine lite iugalis,
 Cordaq; Thesæa sint sibi iuncta fide.
 Hoc præsente nihil Satanas contendere contrâ.
 Audebit, castum nec violare torum.
 Effice, Christe, precor, uiuat Mathusalis annos,
 Cum Sponsa Sponsus, Nestoreosq; dies.
 Gratâq; connubij tandem mors vincula soluat,
 Non nisi sit multa prole repleta domus;
 Ut, vitæ cursu, dederas quem Christe, peractò,
 Unanimes superùm regna beata petant.

Stephanus Heeruuigius
 Junior Seruelstanus.





Nov 1996

8

ULB Halle 3
002 063 808



nicht aufg., da unvollst. u.
nicht zu ermitteln!

28 a / 50 1996 |

VB 17

M



20.
21

ΓΑΜΗΛΙΟΝ
IN HONOREM
NUPTIARVM DOCTIS-
SIMI, ET ORNATISSIMI VIRI D. M.
ANDRÆ KENNICCI SERVESTANI,
eiusdemque Scholæ Collegæ fidelissimi, Sponsi: Et honestis-
simæ & pudicissimæ Virginis MARTHÆ HEERVVIGIÆ
Reuerendi & docti viri Stephani Heeruuigij Pa-
storis pagi Stucensis, filiæ, ac Sponsæ,
scriptum

M. Johanne Lachenbecio Augustano.



SERVESTÆ
Excudebat Bonaventura Faber.
ANNO M. D. LXXXV.

